

huc melius diceretur id est esse idem numero viens, quia non omnes simul partes viventis corruptuntur, sed tantum incompletæ, & una post aliam, succedunt quæ aliae, quæ identificantur numericè cum præexistentibus in vivente partibus, & quia non sit mutatio partium omnium simul, id est remanet identitas numerica, ut in simili dictum est de flamma durante per medium horam.

Obiectio.

Sed obiectio: Si sit idem numero fluuius, qui fuit ante centum annos, ergo sunt eadem

partes, sed hoc non; iam enim pridem illæ partes intrauerunt mare.

Respondebo, quod sunt eadem partes identitate sumpta tertio modo allato a Marciilio, nempe eadem propter continuam successionem, & adhuc melius; quia in viventibus non dependunt ex toto. Varia alia hac re vide apud Martinum, & Albertum de Saxonia locis citatis.

Eligere autem poteris, quem probabiliter iudicaueris ex allatis propositam difficultatem explicandi modis.



DISPUTATIO DECIMA QVARTA.

DE

SPECTANTIBVS AD ANIMAM SENSITIVAM.

Aperitur Disputationis status.

Lati exponuntur dividenda in hac disputatione.

ET si nihil speciale circa ipsum animam sensituum occurrat, varia tamen examinanda se offerunt circa eius potentias, quæ potentias sunt in duplice differentia; aliae enim dicuntur externæ, aliae internæ; Externæ sunt, quorum organa deforis apparent, ut oculus, aures, &c. Internæ, quorum organa intus latitant: tum de illis ipsiis potentijs, tum de eorum obiectis in præsenti disputatione exactè dicendum est, earum verò obiecta, sensibilia dicuntur; quia obiecta sunt sensibus. Triplex autem ponitur ab Aristotele sensibile, videlicet sensibile per se proprium, sensibile per se commune, & sensibile per accidens: Sensibile per se proprium est illud sensibile obiectum, quod ab uno tantum percipitur sensu, v. g. sonus est sensibile per se proprium; quia à solo potentia auditiva percipitur: sensibile per se commune illud est, quod percipitur quidem per se à sensibus, sed non tantum ab uno aliquo particulari, verum à pluribus, & quinque huiusmodi sensibilia constituantur ab Aristotele, sicutque motus, quietes, numerus, figura, & magnitudo: sensibile per accidens est illud, quod non propriè, & per se percipitur ab ipsis sensibus, sed veluti concomitans, & per accidens, id est, non ordinari sensus per se ad illud percipiendum, huiusmodi sunt substantiae, quæ certè non cognoscuntur sensibus, nisi medijs accidentibus: vnde dicuntur esse sensibiles per accidens, & de his omnibus ad sensum agendum est: Primo quidem de sensibus, seu potentijs sensitivis in viuierum. Secundo de qualibet potentia, & eius obiecto in particulari; tertio loco de sensibus internis.

Maioris autem distinctionis gratia tria predicta in plures partiones distribuemus: In prima, quod vulgariter proponi solet, an videlicet

potentia sensitiva sunt passio, vel actio, præmittemus? In secunda iuxta sententiam admittentium species sensibiles de natura specierum sensibilium erit sermo: In tercia studiose discutietur, an sint necessaria dictæ species sensibiles: In quarta de sensibili communi inquiretur: in quinta minutiore quadam difficultas circa potentias sensitivas in viuierum explanabuntur: In sexta obiectum potentia visu exponeatur: Septima erit de natura luminis: Octava de eius necessitate ad videndum: In nona examinabitur, quomodo visio fiat, & quodnam sit eius organum: In decima proponetur obiectum potentia auditiva: In undecima, quomodo fiat auditio, & quodnam sit organum potentia auditiva, indicabitur: Duodecima circa odorem, qui est obiectum olfactus, occupabitur: Decimætertia circa organum olfactus, & ipsum olfactionem, nimirum quomodo fiat: Decima quarta erit de sapore, qui est obiectum gustus: Decima quinta ad modum, quo fit gustatio, & organum gustus manifestabit: Decima sexta obiectum potentia tactus, eius medium, & organum perquiret: Decima septima ad sensus internos in viuierum descendet, inquireretque eorum numerum: Decima octava in sensum internorum sensatione exponenda metam huic disputationi imponet.

Infinita minutiora ad presentem materiam spectantia prætermittam, prolixitatē mque in explicandis potentijs sensitivis ab authoribus communiter affectari solitam, in quantum fieri poterit, euitare conabor: quæ sunt in scholis ordinariæ recepta clare, sed breviter perstringam; cui enim utilitatem in triujs inutiliē nauare operam, & à difficultioribus statim sele difficultatibus expedire? sicut enim illud primum tedium, ita & hoc ultimum tenebras parit.

SVMMA